Universidad de Deusto
Biblioteca

Dictionar
Latino
Hispani

Universidad de Deusto
Biblioteca

11.

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala 1 Estante 42 Plúteo 2

23,9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

=121

DICTIONARIVM

LATINOHISPANICVM, ET VICE VERSA HISPANICOLATINVM, AELIO ANTONIO NEBRISSENSI INTERPRETE, NVNC DENVO INgenti vocum accessione locupletatum, prisstinoq; nitori sublata mendarum colluuie restitutum.

AD HAEC.

Dictionarium propriorum nominum, ex probatissimis Græcæ & Latinæ linguæ autoribus, addita ad calcem neoterica locorum appellatione concinnatum.

BIBLIOTECA SUPERIORIS IBERICI COLLEGII SOCIETATIS IESV



ANTVERPIAE
In Aedibus viduæ & hæredum Ioannis Steelsij.
M. D. LXX.
Cum Priuilegio Regis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPTIMO AC RELIGIOSO VIRO FRATRI IACOBO A MVRCA,

diuinarum literarum Doctori clarissimo, & Conibricensis Academiæ moderatori vigilantissimo, Ludouicus Nonius à Sanctarena medicæ artis professor fœlicitatem.

CVM superioribus annis, Præsul amplissime, Antonij Lexicon in lucem esset proditurum, quibus ego causis impulsus illud tuæ humanitati dedicandum existimauerim, facilè, vt coniicio, ex nostra præfatione intelligere potuisti. & quanquam iam tum apud me satis erat cõstitutum, nullum post hac eius generis librum, quantumlibet doctum & eruditè conscriptũ cuiusquam patrocinio commendare, quippe qui essem expertus, multos nominis mei studiosos iniquo animo tulisse, me (à quo aliquid potius in re medica indies expectabant, quod illorum de studijs meis opinioni responderet) in id tempus insumere, quod nec hanc ætatem deceret, nec dignitati iam nostræ conueniret: cogebar tamen, Pater spectatissime, iure optimo hanc animi mei sententiam, tum ob publicum studiosorum commodum, tum etiam ob rei ipsius honestatẽ, mutare, nec in proposito susceptoq; cõsilio diutius permanere. Illa enim duo cum sint, quæ frugi hominem & probum ad omnem vitæ actionem dirigere debeant, & quibus de omnibus, quæ fiunt, ratio probabilis ostendi atq; exponi possit. Vbi me duplici illa ratione ad id officij genus adductum ostendero, amicis, vt arbitror, faciam satis, nec improborum hominum iudicia incurram. Cùm enim qui literarum studijs fauent, & earũ studiosis prodesse cupiunt, nihil prætermittere debeant, quod è re ipsorum esse intelligant, etiamsi à grauioribus studiis aliquantulum serientur: non video, cur officium in Antonij Dictionario expoliendo, augendo, & locupletando vitio dari cuiquam debeat, in præstantiore disciplina quãlibet versato. Hic siquidem liber in tanto precio, ac existimatione, postquã semel in lucẽ editus est, apud Hispanos est habitus, vt docti ad vnũ omnes ei nõ deteriorem locum in suis bibliothecis dederint. Quotus enim quisque doctorum apud eos est, qui nisi sit omnium ingratissimus, ijs Antonij vigiliis non multum se fateatur adiutũ, & à graui quasi sopore excitatum? Quis non videt post editũ hoc Antonii opus, apud nationes alias doctos homines authorem hunc vehementer sequutos, Dictionaria Latinogallica, & Latinogermanica accuratè etiã scripsisse? nec vnquam laborem hunc sponte subiissent, nisi & authoris nostri consilium multũ probassent, & literis literatisque omnibus vberem fructũ messuros

Universidad de Deusto
Biblioteca

suos se intellexisset. Verùm cùm abhinc annos septẽ tuis auspicijs Dictionariũ hoc in publicũ iret, dolui non potuisse me nævos aliquot, qui tam impressi atq; etiam iusti esse videbantur, delere. nec item voces multas, quæ adiici possent, quòd ad literam O, liber iam typis esset excusus, addere. Namq; eam libri partem voculæ nonnullæ, candorem latium minus referentes, fædauerant, & Arabica plurima, leuem fortassis aliquem vsum Barbaris medicis adferentia, veluti in alienum fundum ac possessionem irruperant. Cumque non minus inhonestũ esset, latinis admiscere barbara, quàm sacris prophana, mundis impura, ac demum optimis pessima: Arabicis vocibus tanquam iniustè sedem possidentibus, in Libycas arenas ablegatis, Latiæ & legitimæ quo iuuenibus abundè satisfieret, in noua hac editione, vt prior illa iactura magno cum fœnore resarciretur, suffectæ sunt. Atque ex hoc, Hispanolatinum quamplurima mutuatũ, cum esset alioqui mutilum, & inchoatum, perfectum & omnibus numeris absolutum, summa cum diligentia instauratum est. Hæc quàm sint cumulatè præstita, facilè intelligent, qui vel connuentibus oculis (absit modò fucus & liuor) librum ipsum semel percurrerint: adductæ siquidem sunt innumeræ propemodum voces, quæ in alia editione desiderabantur, multarum quoque (quæ tamen scriptæ prius erant) alij significatus, quàm qui ab Antonio cõmemorati sunt, ex latinis iisque probatissimis scriptoribus ἐμφατικώτερον explicantur. Quarum nonnullæ etiamsi à nostro vsu recesserant, eoque nomine minùs à rigidis & duris cẽsoribus probari videbuntur: meminerint velim, eleganter & verè illud scriptum esse:

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq;,
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

Ego etenim ita cum doctis semper sensi, nouorũ optima esse, quæ maximè vetera sunt: & veterum, quæ noua: modò latina lingua locupletior fiat, & cum cæteris ausit de vbertate, & copia suo iure contendere. Nec sola latiarum vocum est ingens facta accessio, sed earũ, quæ passim excusæ in aliis omnibus circumferebãtur, diligentissima animaduersio, & castigatio. Quibus præterea dicendi quædã formulæ Hispanis ipsis frequentes, & vsitatæ, suis locis digestæ interseruntur, quò mutua linguarum facta collatione, propiùs & elegantiùs multa pronuncientur, quàm vulgò dici, ac proferri solent. Hæc omnia quantum sint, & quàm insignem vsum studiosis allatura, futurum spero, legentes multo perspicatiùs & fructuosiùs suo cõmodo discant, quàm oratione mea consequi possint. Nam præter Hispanos, quibus hic liber potissimum est elaboratus, exteras gentes, siue ipsius linguæ peritiam spectent, siue authorum cognitionem, qui præclara multa Hispano sermone scripserunt, strenuè iuuabit. Cum igitur, Lector optime, te priori editioni ob singularem eruditionem, insignem probitatem, amplissimam dignitatem, Patronum adoptauerim, tuaque existimatione ac nomine multùm ponderis & authoritatis apud lectores habuerit, adeò vt omnia illi fausta, fœliciter, prospereq; euenerint, æquum est, si officio tuo minimè deesse velis, vt certè deesse nolles, emendatissimam hanc, multò auctissimam, ac vtilitatis vbertate omnes, quæ ad hanc diem prodiere superantem, maiore animi alacritate tuearis. Consentaneum siquidem est, postquàm etiam nunc Conimbricensem Academiam, nobile disciplinarum emporium, gubernas, & moderaris, eorum labores tuo sinu excipias, foueas, probes, & amplexẽris, qui secum quotidie certant, quò se ipsis facti meliores, Reipublicæ literariæ incrementum adferant. Sic enim tuum officium retinebis, perficiesque vt ne minùs studia tibi, quàm tu studijs, debeant: & eorum animos excitabis, qui nihil non sustinent, quò disciplinarum cultum suis sudoribus illustrent, vt remis & velis cõtendant, maiora dare. Χάρις μέν (quod in olympicis scribit Lyricus) ἅπαντα τέυχει τὰ μείλιχα ἀνατοῖς. Vale, tui Ludouici haud immemor.

Parisijs ex musæo nostro.

AD MAGNIFICENTISSIMVM AC PERINDE ILLVSTREM D. IOANNEM Stunicam, magistrum militiæ Dalcantara, ordinis Cisterciensis, AElij Antonij Nebrissensis Grãmatici præfatio in interpretationem dictionum ex Sermone Latino in Hispanum Hispanienſémq;.

VTrum mihi fuerit honestius, atq; magis è republica, in illo clarissimo Hispaniæ, ac perinde totius orbis terrarum Salmanticensi gymnasio, artem grammaticã profiteri: an amplissimæ dignationis tuæ contubernio, ac iucũdissima familiaritate frui, multi quotidiè à me quærunt, id quod ego soleo mecum sæpe cogitare. Nam fuit (quod sine arrogantia dictũ esse velim) professio illa mea vsq; eo illustris, vt etiã maleuolorum testimonio & inimicorũ confessione, totum hoc mihi tribuatur, quòd latini sermonis officinã primus aperui: ausus quod ait Horatius ille Catius, nouis præceptis signa ponere. Et quod ex vniuersa propemodũ Hispania Alexãdros, Petros, Helias, & duriora adhuc noía Galteros, Ebrardos, Pastranas, & nescio quos indignos qui nominẽtur grãmatistas ac literatores funditus eradicaui. Quodq; si apud nationis nostræ homines Romanæ linguæ quicquã est, id totum mihi acceptũ referri debet. Est profecto hæc laboris nostri merces ita magna, vt in hoc literarũ genere nulla maior excogitari possit: sed tota illa nostræ professionis industria, perangustis finibus circumscripta erat. Nam cum in enarrãdis authoribus, omnia prope tempora mea consumerem quiuis quotidie aut senis honoris in re difficillima, nec minus fastidiosa occupatus, fateor nõ fuisse totum negotium illud tanti, vt in ea re, quæ videbatur ad paucorum vtilitatem pertinere, tam bonas horas collocarem: cum fortasse maioribus auspiciis, atq; ad opera multò maiora natus essem, & quæ nostris hominibus multò conducibiliora forent. Quid? quod habenda fuit ratio valetudinis & ingenij, cuius vtriusq; vires sentiebam indies hebetari, atque illud mihi vsu euenire, quod de lucerna est in prouerbio, dum cætera illustrat, ipsam pati intertrimẽtum. Itaque cum essem à te, Princeps illustrissime, multis præclarisq; beneficiis inuitatus, vt tuorum numero adscribi vellem, ilicò arripui occasionem: & eò quidem libentius quod nihil iamdiu magis cupiebam, quàm dari aliquando mihi otium, in quo possem aliquid scribere, quod non modò præsentibus, verumetiam posteris prodesset. Non quo non satis pulchrè intelligerem, quàm frequens debeat esse is qui vitam hãc aulicã sectatur, atque principi suo placere studet, vt quod fieri cõmodè possit, nullũ tempus intermittatur quo non illi adsit, palpetur, blandiatur, arrideat, condoleat, deducat, reducat. Sed quod videbam te ea magnitudine animi, vt hæc omnia paruifacere res: & ea humanitate, vt nihil esset (modo honestum) quod nõ mihi per te licere posse confiderem. Igitur cum primum tuus esse cœpi, magnam ilicò spẽ immortalitatis mihi ante oculos proposui: aggressusque ſtum opus, quod putabam esse maximũ, omniumque maximè necessarium; sed cui non modò ego, verumetiam omnes omnium disci-

disciplinarum professores satisfacere vix possint. Nam quotusquisq; præceptor in arte sua non negligit, aut non ignorat pleraq; rerum vocabula? in quæ si fortè inciderit, aut dissimulat, aut aliud pro alio accipit, aut se nescire fatetur ingenuè. Quod si velint esse paulò diligentiores, atq; authores illos cõsulere, qui de vocabulorum significationibus scripserunt, aut nihil reperiant, aut si quicquã reperierint, nihilò plus inde reportent, quàm si nihil inueniãt. Omnes enim qui sibi vnquam hanc prouinciã assumpserunt, aut in dictionibus obsoletis, inusitatis, barbaris & peregrinis, magna ex parte occupati sunt, aut tam ambiguè dubitanterque omnia exponunt, vt nihil certi nobis tradant: aut si rem ipsam per diffinitionem qualis est nobis describunt, non tamen ita vt digito monstrari possit. Quod eò fit, aut quia ipsi ijdem illa ignorant, aut quia incognita permultò incertiora nobis ostendunt. Quæ omnia vitia quãtum fieri potuit, declinauimus. Nam & vocabula Osca & Prisca (quibus propter antiquitatis maiestatem plærũque vtuntur authores) breuiter attigimus, neque quicquam sub ambiguitate reliquimus, sed aut quid esset, planè diximus: aut cõfessi sumus nos ignorare, rei genere tantum cum aliqua differentia annotato. Et ne vllus mihi relinquatur veniæ locus, dictiones Latinas aut Græcas & Barbaras Latinitate donatas, per exactissimam alphabeti seriem digestas, in Hispanam vel Hispanienſem linguam conuertimus: magno fateor æstimationis meæ periculo, cum non desint qui literas ventilent, calumnientur in syllabas, & toti deniq; huic nostræ interpretationi detrahãt. Sed audendum fuit aliquid, atque pro vtilitate multorum subeundũ, vt sapientes atque insipientes de nobis iudicarent. Quod si alicubi excidimus, neque satisfecimus opinioni, quam multi de nobis habẽt, cõsiderare debebit amicus lector rei difficultatem, & nõ quid ego fecerim, sed quid alij præstare nõ potuerint. Nam cum res ipsæ quarum vocabula sunt, aut cum ipsa natura perennent, aut in solo vsu hominumque arbitrio positæ sint, naturalia illa magna ex parte nominibus tantum peregrinis orbi nostro cognita sunt, & hæc voluntaria nobis etiam sentiẽtibus cotidie cum nominibus immutantur. Quid? quod ex ijs rebus quarũ formæ (vt physici dicũt) sempiternę sunt, quędam penitus interierunt, quasdam incognitas repentè natura protulit? Nulla fuit arbor inter antiquos nobilior platano, sed an extet hodie apud aliquas gentes, ego non ausim affirmare: certe in Hispania nusquam esse audio. Fuisse autem antiquis temporibus, vel ex eo manifestum est, quòd C. Cæsar in memoriam nominis sui, arborem propria manu Cordubæ conseuit. Qua de re est epigramma Martialis.

In Tarteſſiacis domus eſt notiſſima terris,
Qua dines placidum Corduba Bætin amat,
Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo,
Et linit Heſperium bractea viua pecus.
AEdibus in mediis totos complexa penates,
Stat platanus denſis Cæſariana comis.

Quod verò poëta dicit,

Vellere natiuo pallent vbi flaua metallo.

Et alio loco,

Vncto Corduba lætior Venafro.
Albi quæ ſuperas oues galeſi,
Nullo murice, nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore viuo.

Et alio præterea loco de Bæti fluuio,

Bætis oliuifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Nemo est qui dicat se nostro sæculo vidisse oues natiuo illo auri splendore infectas. Vbi nunc est illa auri tot seculis exhausta, atq; terris omnibus prælata fertilitas, ex qua pondo auri sexaginta millia quotannis populo Romano pendebat Asturia? Vbi nunc argentarij illi putei ab Hannibale inchoati, quorum vnus tantũ trecentas argenti libras cotidie Carthaginensibus submiſtrabat? Vbi nũc in prouincia Bætica numero sa illa plumbi inuentio? Vbi in Tarraconensi ad Segobrigam lapidis specularis metalla? Vbi torrentis illius qui præterlabitur Tarraconem lini tenuandi, poliendi, candificandi incredibilis quædam natura carbasis ibi primum repertis? Quæ omnia eousque euanuerunt, vt ne vestigium quidem vllum nostra ætate reperiatur. At econtrariò, multa sunt nostro sæculo, quæ antiquitas illa aut penitus ignorauit, aut genere tantum indistinctè cognito, differentias rerum non intellexit. Mala citrea vnius tantùm generis ac nominis, atque ita vix cognita apud antiquos fuisse legimus. Nos verò eius pomi varijs generibus nomina diuersa indidimus, *Cidras*, *Naranjas*. *Toronjas*, *Limas*, *Limones* appellantes. Pari ratione Cucumeres vna forma atque nomine apud illos erant: cum repente prouenêre in Campania cõglobati: & ex illorum semine factum est nouum genus: cœpitq; appellari Melopepones. At verò nos præter anguinum & cultiuum: & illum in Campania inuentũ, adhuc alia genera cernimus: *Pepinos*, *Badeas*, *Sandias*, vocamus. Neque solũ ijs in rebus quæ natura constant, vocabula ipsa cum rebus oriuntur simul & occidunt, verumetiam vsus & desuetudo tãtum pollet, vt rebus ipsis permanentibus quædam ex illis obruat, quædam rursus proferat in lucem. Accipitres eos qui sic propriè appellantur, & quibus tempestatis nostræ aucupes vtuntur, in duo genera distinxit Aristoteles, autor omnium diligẽtissimus: atq; Humipetas & Sublimipetas appellat, nos *Açores & halcones* dicimus. Sed quod illis temporibus ars hæc accipitraria nondum erat inuẽta, neque accipitrũ vsus adeo frequens, satis habuerunt illos ex ratione volatus in duo genera partiri. Nostri verò, quibus hæc ars est in maximo honore, complures in vtroque genere differentias fecerunt: *Gaulanes*, *Açores*, *Girifaltes*, *Neblies*, *Sacres*, *Alfaneques*, *Babaries*, *Tagarotes*, tum plumarum ratione, tum nascendi ordine, tũ patriæ, prædæ, victus, morũq; varietate distinguentes. Contra in apibus animal quo nullũ est nobis familiarius, & quod ex insectorum genere solum est hominum causa generatũ, multa sunt, quæ nec apiarij quidem nostri sæculi intelligũt, cũ à maioribus nostris sint perspecta simul & cognita. Quis enim hodie ex mellatione aliud percipit quàm mel & ceram? Pauci ex medicis nouere Propolim. Rhitacen verò quod erat ex fauis mel preciosissimum, virtutisque ad illiciendum mirandæ, ne suspicari quidem possunt quid sit, cũ Cleros, Metys, Pissoceros, magni ad medicamẽta vsus, omnino illis re atque nomine incognita sint. Iã verò ex ijs rebus quæ sunt in prõptu, semperq; fuerũt, multa significantius vno verbo latinus sermo dicit, quàm nos pluribus. Esto exempli causa Omen, quod significat illud (vt ita dicam) auspicium, quod captamus ex eo, quod locutus est quisq; in re perquàm diuersa, si velimus Hispanũ facere, vix multis verbis id poterimus consequi. Si verteremus in *Alfil Toledano*, rectè atq; Hispanè interpretaremur, sed qd illud sit, perpauci intelligunt. Econtrariò multa latinus sermo habet, quorum vim, etsi latina lingua sentit, non tamen habet vnum aliquod verbum, quo illa enunciet. Vt ecce à

cubito nos fecimus *Codada*, pro eo quod est latinè cubiti ictus: *Codear*, pro eo quod est cubito vellere. Quòd si earũ rerum, quæ sunt per naturã constantes, vocabulorũ tanta mutatio est, quid futurum putamus in ijs, quas aut necessitas humana cotidie reperit, aut luxuria parit, aut otiũ excogitat? Ex hoc genere sunt vestes, armamẽta, cibi, vasa, naues, instrumenta musicæ, rei rusticæ, atque omniũ illarum artiũ quas in opulentissima quaque ciuitate cernimus. Hæc idcircò tam multis repetita sunt, vt nemo miretur si nõ semper Hispanensia latinis, atque Hispanis Latina vocabula reddidimus. Nihil enim in vtriusque linguæ dictionibus cõparandis tam præ nobis tulimus, quã illud, quod de lege interpretandi est à Cicerone dictum elegantissimè, verba non numerãda, sed põderanda esse. Neque otiosum quis putet, quod in eodem opere duo simul opera edidimus, nam illud quoq; fuit nobis curæ, vt prospiceremus omniũ vtilitati: & eorum qui ex Hispano sermone in Latinum venire cupiunt: & eorũ qui Latinos codices legere audent, necdum tamen illis cognitio Latinæ linguæ absoluta cõtigit. Volumen tamen ipsum sub incredibili quadam breuitate contraximus, ne pauperes magnitudo precij ab emptione, diuites verò fastidiosos vmbilicus crassior à lectione deterreret: simul etiã quo facilius sub ala atq; in sinu manuq; gestari & circũferri posset. Inscripsimus aũt non qua cæteri arrogantia, Catholicon, Pandectas, Ceras amaltheas, quod est vniuersale cõprehensorium, Cornucopiæ appellãtes: sed pleno verecundiæ titulo Lexicon, Græcè: quod est Latinè dictionarium. Tuę verò Amplitudini dedicauimus, nõ qua fiducia cymbalum illud mundi Apion grammaticus, qui dicebat illos à se immortalitate donari, ad quos opera sua cõponebat: sed qua Phidias ille primus toreuticæ artis repertor, qui cum Atheniẽsibus ex auro & ebore memoratissimam illam Mineruæ statuam effingeret, nomenq; suum inscribere nõ liceret, suiipsius persimilem imaginem ita clypeo coagmentauit, vt ea conuulsa, tota operis colligatio solueretur. Ego quoque pari ratione, cum viderem te generis nobilitatẽ à maioribus acceptã, præclarissimis tuis virtutibus multò illustriorem reddidisse, nomenq; tuum apud nostræ nationis homines immortale futurum, quia non poterã ego per meipsum nobilitari, excogitaui rationem (vt ait poẽta) qua possem me humo tollere, atq; ipse fieri immortalis: & in titulo huius operis ita meum nomen cum tuo ferruminaui, vt alterum ab altero diuelli non posset. Rationes autẽ & argumẽta quæ nos impulerunt, vt isto vel illo modo interpretaremur, enarrationes quoq; vocabulorũ, & cæteras grammaticæ partes in tria illa volumina distulimus, quæ ijs de rebus sumus propediem edituri: opus magnum, diffusum atq; variũ, quippe quod ex quadringentis circiter probatissimis autoribus conflatum est. Eratq; mihi in animo illud in primis edere, nisi essem à te, Princeps humanissime, quotidiano prope cõuitio exagitatus, vt inciperem iam tandem aliquid emittere, neq; te diutius vana spe luderem. Quemadmodum igitur amplissimæ Dignationi tuæ debebunt qui aliquid vtilitatis ex hac mei operis editiõe percipiẽt: ita par est vt tibi imputẽt, si quid est à nobis præcipitanter atque inconsideratè editum. Sed antea quàm rem ipsam aggrediamur, pauca nobis præmittenda sunt, quibus omnem nostram mentẽ circa dictiones singulas explicabimus.

PRincipio omnes dictiones in differentia esse quintuplici. Nam aut sunt Oscæ, aut Priscę, aut nouæ, aut barbaræ, aut probatæ. Osca, sunt vocabula, quæ & Opica possunt appellari, quibus Osci atq; Opici, antiquissimi Italiæ populi vsi sunt: sed quæ sæculũ eruditius omnino dãnauit, atq; ex vsu penitus exclusit. De quibus libro primo

ora-

oratoriarum institutionum Quintilianus ait. Neque sint vtique verba ab vltimis etiã obliteratis temporibus repetita, qualia sunt Prosapia, Exãtlare, Antegerio, & Saliorũ carmina, vix suis sacerdotibus intellecta. Prisca verba (vt idem autor inquit) afferunt orationi maiestatem aliquam non sine delectatione. Nam & autoritatem antiquitatis habent, & quia intermissa sunt, gratiam nouitati similem parant. Sed opus est modo, vt neque crebra sint, neque manifesta, quia nihil est odiosius affectatione, qualia multa legimus apud Plautum, Terẽtium, & Catonem: atq; etiam ex iunioribus, Virgiliũ, & Lucretium. Noua sunt, quæ probatissimi autores ausi sunt in medium proferre, cũ antea non essent: ex Horatij memorabili præcepto.

Ius it semperq; licebit
Signatum præsente nota producere nomen.

Sic Cicero à Beatus fecit Beatitas & Beatitudo, quorum alterum explosum, alterũ receptum est. Sic nostra ætate Franciscus Philelphus Strapeda, pro eo quod Hispanè dicimus *Estribo*. Cuius audaciæ quanquam est à plæriſq; reclamatum, potest tamẽ excusari, quòd nullum inuenit latinum nomen quo posset significare id quod volebat: cũ neq; res ipsa fuerit apud antiquos: sic & nos ipsi multa in hoc genere sumus ausi, quibus ego interim censeo vtendum, quoad meliora ab alijs fuerint inuenta, Barbara sunt quæ ex peregrino sermone ascita, latino sermoni autores inseruerunt. Sic Virgilius ex sermone Germanico sumpsit Cateia, quod est iaculi genus: sic ab Afris Magalia, quæ sunt casæ pastoriciæ. Sic Cicero à Sardis Mastruga, quod est vestis genus. Sic Iuuenalis Rheda, quod est vocabulum Gallicum, significatque vehiculi genus. Sed, vt Quintilianus ait, excusatur hoc vitiũ, aut consuetudine, aut autoritate, aut vetustate, aut denique vicinitate virtutum. Probata verò vocabula sunt habẽda, quibus autores illi vtuntur qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium Pium: hoc est à centesimo ante natalem Christi anno, ad centesimum quinquagesimum ex quo salutem Christianam numeramus. De quo verborum genere Quintilianus inquit, vt nouorum optima erunt maximè vetera, sic veterum maximè noua. Ex probatis verò, alia sunt vsitata, alia rara. Inter quæ rursus alia est differentia, quod alia sunt poëtica, alia oratoria, alia historica. Autoritas, vt idem Quintilianus ait, ab oratoribus & historicis peti solet: nam poëtas metri necessitas excusat. Quare vocabulis Opicis atque Barbaris, illis tantum vtemur, quæ sunt ab autoribus celebrata: atque id quidem rarissimè: nec sine quadam ignominiæ nota, addentes, vt ita dixerim, vt sic loquar, & similia, quibus sermonis improprietatem excusare consueuimus. Priscis verò & nouis, rarò quoque, & cum verecundia quadã: vt excusare possimus id feciſſe aut in honorem antiquitatis, aut necessitate, cum dictionẽ latinam non habemus, qua id quod volumus significare possimus. Probatis verò quæ sunt in vsu frequẽti, frequenter: raris, rarò: poëticis, in carmine tantùm: oratorijs verò & historicis in prosa oratione atque in carmine indifferenter vtendum. Atque vt tanta ambiguitate lectorẽ monere possimus, adiecimus cuique dictioni notam qua censeri debet cuius sit ordinis. Nam Oscis, os. Priscis, pr. Nouis, no. Barbaris, bar. Raris, ra. Poëticis, po: quibus verò nihil tale apposuimus, vsitata & oratoria intelligendum est, nam græcis receptis æquè ac latinis vtemur. Orthographia verò, quia simplex non est, atque, vt ait Quintilianus, consuetudini seruit, & cum temporibus sæpe mutatur, literaturam illam sequemur, in quam plæriq; autores consentiunt. Quare meminisse debebit is qui dictionem aliquam requiret, posse illam scribi per vocalem aspiratam, vel exilem, vel per æ

per æ vel œ diphtongon, vel sine diphthongo, per simplicem aut duplicem consonantem, per ch. ph. rh. th. aspiratas: aut per c, p. r. t. exiles.

Itaque si orthographiæ ratio lectori non satis constat, neque cessabit ab inquisitione, quoad omnes locos fuerit perscrutatus. Inter i iota & y psilon, etsi tanta distantia est, quanta potest esse maxima inter duas vocales, inter i, præterea & u. cum accipiuntur pro vocalibus, & cum pro consonantibus scribuntur, tanta sit differentia, vt inter duas quaslibet litera maior esse non possit, nos tamen vtrarumque ordinem confudimus. Prosodiam quoque ex eiusdem Quintiliani sententia in hũc modũ designauimus, vt cum litera alium vel alium intellectum, prout producta vel correpta est, facit, ambiguitatem illam apice distinguamus. Vt quia malus prima producta significat arborem, apicem eidem imponamus, ne putetur significare non bonum. Occido præterea quia media longa significat interficio: eadem breui, cado siue pereo, tanta errandi occasio tolletur apice primæ aut secundæ syllabæ impositio. Idem quoque fecimus in dictionibus illis, quæ peruersè ab imperitis efferuntur, aut habent accentum paulò reconditiorem. Nam in omnibus id facere est quidem ineptissimum, cum virtus & ars, quemadmodum ait Aristoteles, circa difficile versentur. Nemo enim ignorat, quo accẽtu dominus efferatur, quare id extra rationem artis erit. Sed quoniam indocti proferunt Sinapis, Aratrũ Iacobus Isidorus, & alia multa secunda syllaba à fine breui, atque eandem accentu graui, & econtrariò Bissinus, Adamantinus, Origenes, Hermogenes penultima acuta, hic omnis labor, hoc opus artis est, tantam ignorantiã ex hominum mentibus extirpare. Quia verò posset quispiam ambigere, quo accentu dictiones incognitæ plærisque proferantur, apice omnis ambiguitas illa tolletur. Etymologiæ ratio, quam Cicero veriloquium interpretatur, quanquam latissimè patet, eius vim præcipuam ostendimus, cum dictionis cuiusque intellectum referamus, quod alij fecerunt partim obscurius, partim negligentius. Nam vocabulorum originem, quoniam in hoc opere spacijs iniquis excludimur, in aliud opus differre libuit: tantùm adiectus est nomini genitiuus, & primæ positioni verborum, secunda persona singularis in fatendi modo, vt significaremus quotæ declinationis illa essent: hæc verò quotæ coniugationis: quæ res significationem plærunque mutat. In alijs verò, quæ partes orationis essent, in compendium scripsimus.

FINIS.

AD SPLENDIDISSIMVM EQVESTRIS ATQVE SENATORII ORDINIS VIRVM, Michaelem Almazanum, à libellis, ab aure, à secretis Ferdinandi Tarraconeñ. & vtriusque Siciliæ, atque Insularum maris nostri regis clarissimi atq; proinde totius orbis Hispani moderatoris, Ælij Antonij Nebrissensis, Regij historiographi præfatio in secundam editionem Lexici sui incipitur fœliciter.

EST apud Græcos adagium frequens, Latinis acceptum, Hispanis vsurpatum, impudenter eos agere, qui eandem filiam duobus simul generis locant: in eos dictum, qui ex vna opera duplices exigunt mercedes. Quod verè potest in me dici, qui lexica mea Ioanni à Stunica ex Cisterciensis ordinis magistro S.R.E. Cardinali atque Archiepiscopo Hispalensi dedicata semel, nũc Dignationis tuæ nomine, quasi rem nouam emittimus in vulgum legendam. Possem ego iocans purgare me ab hac ambitionis suspitione: licere mihi per leges diuinas, quod licet patri in demortui generi locum, alterum filiæ prospicere. Sed non est meum vetera pro nouis vendere, neque eandem rem duobus dominis adiudicare. Nam cum ab hinc annos circiter viginti illa duo lexica cotidiano prope comitio Præsulis mei præcipitanter edidissem, fatcor non potuisse me tantam verborum syluam colligere, quanta à me expectabatur. Erant præterea res aliæ complures quæ maiorem exigebant diligentiam, quàm à nobis pro temporis angustia præstari potuerit. In hoc verò opere quod tibi nunc dicamus, adiecta sunt plura quàm decem mille vocabula, & ex superiori editione plusquam sexcentæ dictiones in verum idioma Hispanum conuersæ, cum fuissent antea confusæ, aut perperam interpretatæ, omnia in meliorem ordinem redegimus. Et ne opus esset in quærendis rerum dictionibus multas paginas euolucre, seiunximus nomina propria locorum à communibus, atque verbis & aliis partibus orationis. Estque nobis in animo subcisiuis quibusdam horis addere adhuc vocabularia duo, alterũ de dictionibus Hebraicis, quæ reperiuntur in sacris literis, expressa literatura tantùm, & accentu, & re quam designat. Alterum de dictionibus Barbaris, qua cum sint externa, putantur ab omnibus esse Latina aut Græca, puta Sigalum pro Tipha: Bladum, pro frumento: Tregua, pro Indutiis. Cumque res latina constet materia & forma, materiaq; sit in nominibus & verbis, cæterisque partibus orationis, forma quoque earum partium compositione: vtrumque munus est à nobis absolutum. Nam quod ad grammaticam pertinet, quid alij sentiant habes testimonium ab ijs, quos iam inde ex Italia consuluisti, quæ esset ars aliarum potissima per quam liberos tuos erudiendos curaris. Quod ad Dictionarium, vnde verborum copia depromeretur, omnes cotidie experiuntur quantum vtilitatis ex eius lectione proueniat, ys præsertim qui sermoni latino incipiunt dare operam, quorum in numero præclaræ indolis puer sunt tui. Eorum igitur vsui mitto hunc codicem, nam te maiorem scio, quàm vt huc descensurum putem, & ne in scribundis prologis, vt ille ait, operam abutamur. Vale.

AD ANTONIVM NEBRISSENSEM ARII LVSITANI EPIgramma, quo illum hortatur, vt suum Lexicon edat.

CVr opus Antoni clarum atque insigne recondis?
Cur negat ipse suum pulcher Apollo iubar?
Ille liber Phœbo similis fulgebit in orbe
Altior, illustrans quæ latuêre diu.
Quicquid enim in mundo rerum natura parauit,
Ordine perspicuo conspicienda patent.
Nec genus, aut quæ sunt tantum communia monstrat,
Sed specie in propria quicquid in orbe fuit.
Quis putet hoc ipsum cunctos potuisse, quod vnus
Hispanus Varro præstitit & Figulus?
Nam Latias voces nostris, & Græca Latinis,
Et rebus voces reddere difficile est.
Durus vterque labor, res nulli tacta priorum:
Ars tamen & virtus ardua quæq; petunt.
O vis excellens animi, respublica nostræ
Hunc Academiæ discipuliq́ue petunt.
Flagitat hunc medicus, vates, iurisque peritus,
Theologus, Orator, Philosophusque simul.
Quis non cunctarum rerum sibi nomina apertè
Sermonem in patrium versa videre velit?
Denique librorum syluam diffusa per omnem,
Ad nutum proprijs quæque notata locis?
Vera cano, nec dulcis amor sic iudicat, immo
Ex hoc iudicio defluit auctus amor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FABIANI, ANTONII Nebrissensis. F.

IAm iam quid dubitas immensa per æquora tutus,
Sidere tam fausto tendere vela noto?
Castalidum percurre choros, Latiasque camœnas:
Rhetoricum quicquid ditia regna beat.
Aut quid naturæ varios effingere vultus,
Quicquid tellus alit, Oceanusque placet.
Et medicas aude syluas penetrare latentes,
Nec semper nostris inuia lustra time.
Iura inuade simul quotquot ciuilia, campos
Sacratos, pariter dogmata pontificum.
Denique & humana, & diuina volumina tenta,
Hic aditus faciles pandit ad omne liber.
Quod metuas non est obscura ænigmata Sphingos,
Et lamias, si quas semita forte parat.
Non est quod Syrtes paueas, sæuasque Charybdes,
Atque vagas cautes, Cimmeriumque fretum.
Antonio hæc igitur debetur gloria soli,
Ac laudum titulis hic numerandus erit.
Primus in Hesperiæ populos velut æthere missus,
Quod doceas Latios reddere verba sonos
Et pro Sarmaticæ stridenti murmure linguæ,
Romanum dederis primus & eloquium.
Verbaque nunc iterum magno digesta labore
Rebus quod facias concinnisse suis.

AELII ANTONII NEBRISSENSIS ELEGIA DE PATRIAE antiquitate, ac parentibus.

EST locus Hesperiæ, qua Bæthis arundine cinctus,
In lævam campos influit, atque tenet.
Dixerat hunc Aestus fluuio stagnante vetustas,
At verò Albinam secula nostra vocant.
Hic varium & genus volucrum maris, atque paludis
Excludit fœtus, incubituque fouet.
Haud procul hinc colitur muro Nebrissa vetusto,
Quam Bacchus posuit littus ad Oceani.
Nanque ferunt Semele genitum Gangetide victa,
Inuasisse feros Hesperiæ populos.
Et socio amisso, à quo Lusitania nomen
Duxerat: in Calpes littora vertit iter.
Dum vehitur curru per inhospita Tesqua Marismæ:
Quæ sequitur Tigris, deficit, atque sitit:
Et curuus pando residens Silenus asello.
Et variæ Lynces, Mænades, & Satyri.
Ventum erat ad speculam, quæ Fontinalia dicunt
Indigenæ, Diuus nunc Benedictus habet.
Ad streditum lymphæ Nebris prior arrigit aures.
Et cauda ludens, præuia monstrat iter.
Ingelidos latices, & amœnam frondibus vmbram,
Et fontes sacros, arida turba ruit.
Cumque refecta cohors vndis salientibus esset,
Captus amore loci dicitur esse Pater.
Consilioque habito, Satyris dixisse vocatis,
Atque Mimalloneis, cætera turba silet.
Accipite ô comites, lætasque aduertite mentes,
Hic mihi collis erit religione sacer.
Nec tam Nysa mihi, natusque ad sacra Citheron
Gratus erit, quantum à Nebride dictus ager.
Nec qui plus Baccho, qui se plus iactet oliuo,
Et Cereris flauæ messibus, atque fauis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare agite ô Satyri, nocturna reposcite sacra:
Et vos Bassarides hunc celebrate locum.
Iam Tartheßiacas Titan descendit in Vndas,
Et fessos curuo littore soluit equos.
Inuadunt Thyrsos, resonant Vlulatibus agri,
Et te Bacche vocant, & tua sacra canunt.
Insomnesque trahunt bacchantes Orgia: donec
Cedere Luciferum cogeret orta dies.
Et propè monticulus surgens clementer in austros,
Parte tamen reliqua præcipitante latus.
Hic promißa pater fundauit mœnia Bacchus,
Nebrißamque vocat, Nebridis auspicio.
Quæ cum polleret Roderico rege, furores
Diruerant Libyci, nunc renouata viget.
Hîc domus, hæc patria est, hîc me genuere parentes
Ingenui, & media conditione pares.
Nam mihi Ioannes pater est, Catharinaque mater:
Debemus patriæ. plus tamen illa mihi.
Illa mihi dedit hunc Vitæ mortalis honorem,
Sed studijs nostris illa perennis erit.

FINIS.

De incipientibus ab A litera.

A Litera vocalis prima in ordine alphabeti. g. alpha.

A. duobus punctis interposita de signat Aulus prænomen.

A, particula græca est, interpretatúrque sine.

✠ A, quãdoq; priuationé significat vt Amylũ, hoc est, sine mola.

✠ A præpositio, separationem significat.

✠ A, motum de loco significat, vt à cœlo in terram.

✠ A, significat post, vt apud Pers. O Iane à tergo.

✠ A, quandoq; significat de, vt Terent. à villa mercenarium vidi.

✠ A, pro eo quod pro, vel propter dicitur, vt Væ mundo à scandalis.

✠ A, significat & pro, & vim defensionis habet apud authores.

✠ A, ab, & absq; præpositiones sunt deseruiétes ablto.

✠ A, in cõpositione plerũq; separat, vt amoueo, auello.

✠ A, signũ erat Absolutionis, sicut. C. Condemnatiõis.

A primis incunabilis. i. à primis infantilibus annis.

A, vel ab, plerunq; nomina officiorum significãt, Vt: Ab accidentibus. i. qui præest nuncijs afferendis.

A batis, i. qui præest mensuris frumentarijs. i. batis.

A caliculis, i. qui præest vasis. *Por el repostero de plata.*

A commentarijs. *El que tiene el registro delos presos.*

A libellis. *Aquel por quiẽ el Rey responde alas peticiones.*

A memoria. *Por el que le recuerda lo que ha de hazer.*

A manu. *Por el que escriue lo que el principe quiere.*

A pedibus. *Por el moço despuelas o que lo descalça.*

A pugione. *Por el paje que lleua el estoque delante el rey.*

A punctis. *Por el que tiene cargo delos aqueductos.*

A rationibus. *El que tiene cargo delas cuentas del rey.*

A secreto, vel à secretis. *Por el secretario del principe.*

A studijs. *El que tiene cargo del estudio del principe.*

A voluptatibus. *El que tiene cargo delos plazeres del rey.*

Ab aure. i. cum quo princeps ad aurem loquitur.

Ab epistolis. *Por el que lleua a firmar las cartas al rey.*

Ab extis. *El que por las assaduras dezia lo venidero.*

Aages, eos, per s in fine, intepretatur infrangibilis.

A aptos, u. interpretatur intangibilis, & innocuus.

A aschetos, u. interpretatur irretẽtibilis, quod retineri non potest.

Ab incompositis, nonnunquam significat priuationem, vt Absimilis non simile.

✠ Ab & Abs præpositiones, separationem significant.

✠ Ab aliquando mutatur in au, euphoniæ causa, vt de abfero, aufero. (re summo.

✠ Ab in compositis motũ de loco denotat, vt ab æthe-

✠ Ab & au, in cõp. aliquando separationem significãt, vt ablacto, aufugio.

✠ Ab interdum ponitur pro extra, vt abduco. i. inde seu extra duco. (tra vsum.

✠ Ab aliquando pro contra inuenitur, vt Abusus, con-

✠ Ab pro post, vt ab vrbe condita. Iuu. Exul ab octaua

✠ Ab etiam superfluè ponitur, vt ab Roma, apud Liui.

✠ Ab asino lanam petere, prouerb. dicitur cum stultè petitur quod non est.

‡ Ab ipso lare, i. ab ipsis domesticis & familiaribus, prouerb. dicitur.

Abascanos, u, interp. inuidia vacuus.

Abaphos, u. interpretatur non tinctus colore.

Abactor, oris. *El ladron del ganado.* qui abigeus dicit

Abactio, onis. *Aquella obra de hurtar.* qui abigeatus, us.

Abactus magistratus dicit, pro eo quod abdicatus.

Abacus, i. *Por el aparador dela plato o vasos.*

Abacus, i. *Por la tabla para escreuir o contar.*

Abacus pro capitello vel epistylo columnarum.

Abaculus, i. diminutiuum ab eo quod est abacus, i.

Abaculus, i. *Por el escaque o trebejo del axedrez.*

Abalieno, as, aui. *Por agenar de si alguna cosa.*

Abalienatio, onis. *Por aquella obra de agenar de si.*

Abamita, æ. *Por la hermana de mi quarta abuela.*

Abases dicuntur regiones in desertis habitatę.

✠ Abata, g. Latinè inuia: & quę accessum non habent.

Abatos, interpretatur locus inaccessabilis homini.

Abauus, i. *Por mi quarto abuelo. i. abuelo de abuelo.*

Abauia. *Por mi quarta abuela. i. abuela de abuela.*

Abauunculus, i. *Por el hermano de la quarta abuela.*

Abax, acos, Græcè. Latinè interpretatur abacus, i.

✠ Abbatia, æ. pro abbatis dignitate dicit à iunioribus

Abbas, atis. ex lingua Syrisca interpretatur pater.

✠ Abbatissa, æ. apud Hieronymum. *Por la abbadesa.*

Abbreuio, as, aui. *Por abbreuiar lo luengo.*

Abbreuiatio, onis. *Por aquella obra de abbreuiar.*

Abcaueo, es, abcaui, abcautum. *Por guadarse de mal.*

Abdico, as, aui. pen. cor. *Por desheredar el hijo en la vida*

Abdicatio, onis. *Aquella obra de desheredar en vida.*

Abdico, as, aui. pen. prod. ꝑ abnego, as. *Por denegar.*

Abdicatiuus, a, um, pro eo quod est negatiuus, a, um.

✠ Abdico, is, xi. penu. prod. pro reijcio dicitur, verbũ augurale. (ctio dicitur.

Abditamentum. i. pro eo quod deductio siue detra-

✠ Abditamentum, namq; contrarium est additamento.

✠ Abdo, is, abdidi, abditũ, pro eo quod abscõdo, is, di.

Abditiuus inquit Fest. ꝑ eo quòd est abortiuus, a, ũ.

Abdomen, inis. *La vntaza o enxundia delos puercos.*

Abdomen, vt Plin. ait, antiquiores pro summe accipiebant.

Abdomen, inis. *La ijada delos pecesgruessos como de atun.*

Abduco, is, xi, ctum. *Por lleuar de alguno.*

Abductio, onis. *Por aquella obra de lleuar de alguno.*

‡ Abecedaria tabula. *La cartilla.*

✠ Abecedarius, dicitur qui per ordinem alphabeti aliquid ordinat.

Abecedarium, Latinè dicitur, Græcè alphabetum.

Abebæos, u. interpretatur instabilis inconstansq;.

Abellina,nux eadem quę abellana. *Por auellana.*
Abelna,enim nux ab Abellino, oppido Campaniæ dicitur.
Abelteria,as.interpretatur ſtoliditas ſiue inſipiẽtia.
Abelteros,interpretatur ſtolidus ſiue ignarus.
Abemo,is,emi,emptum. *Por comprar de alguno.*
Abemito,as.inquit Feſtus pro demere ſiue auferre.
Abemptio,onis. *Por aquella obra de comprar de alguno.*
Abeo,is,iui.vel abij. *Por yr de algun lugar, o perſona.*
Aberceo,es,abercui,abercitum. *Por arredrar o apartar*
Aberro,as,aui. *Por deſuiarſe de algun lugar o perſona.*
Aberratio,onis. *Por aquella obra de apartarſe aſsi.*
Aberrũco,as.verbũ antiquũ ex ab & e, pro eradico
Aberrũcaſsio,is.pro eo quod eſt aberrũco,as,dicitur
Aberruncatio,onis. *Por aquella obra de arrancar.*
Abfore,futurũ infinitiui ab abſum,ꝑ futurum eſſe.
Abgrego,as,aui.à grege ſubduco. *Apartar como de ma*
Abgregatio,nis. *Aquella obra de apartar aſsi.* (*nada.*
✣Abhinc,vna dictio cum accuſatiuo,pro antehac dr.
✣Abhinc decem annos dicitur,pro ãte decem annos.
Abhorreo ab humanitate,pro eo quod alienus ſum.
Abhorreo à literis, ꝑ eo quod alienus ſum à literis.
✣Abhorreo,& cũ acto & ablato iũgitur apud autores
✣Abhorreo,quando accuſatiuo iungitur ferè ſignificat quod ſuum ſimplex. (*to.*
✣Abhorreſco,es.valde timeo. *Auer mucho miedo, o eſpã-*
Abiectus,cta,ctum.participium,ab abijcio,is,abieci
Abiectio,onis. *Por aquella obra de abatir, o echar de ſi.*
‡ Abiecti,enim dicuntur viles atq; contẽpti, ab abijcio,is,eci. (abijcere.
‡ Abiecto, as, frequentatiuum, eſt quaſi frequenter
Abies,etis. *Por el abeto arbol,* qui græce dicitur Elãte
Abiegnus,a,um. *Por coſa de materia de aquel arbol.*
Abietarius,ij. *Por el capintero de aquella madera.*
Abietaria negotia. *La marcaduria de aquella madera.*
Abies palma. *Por el genero de palma que crece en alto.*
Abies,etis *Por vna Planta que nace enlas piedras.*
Abigeus,à iurecõſultis dicitur idẽ qui abactor, oris.
Abigeatus,crimen dicitur idem quod abactio,onis.
Abigo.gis,abegi,abactum. *Por apartar o oxear.*
Abijcio,is,eci.à ſe lõge reijcere. *Abatir o echar de ſi.*
Abintegrò aduerbium. *Por de nueuo o deſde comiẽço.*
Abintegrò.i.denuò.quaſi res aliqua perfecta iterum inchoetur.
Abinteſtatò, dicitur aduerbialiter. *Por ſin teſtamento.*
Abios,u.interpretatur non curans de vita.
Abiotos,u.per ω.in penultima interp.nõ victurus.
Abyſſos,u.interpretatur ſine profunditate.
Abitio,onis.vel Abitus,us. *Por la ida de algun lugar.*
Abiudico,as,aui. *Quitar alguna coſa por ſententia.*
Abiudicatio,onis. *La obra de quitar aſsi alguna coſa.*
Abiugo,as,aui. *Por apartar o deſuñir vno de otro.*
Abiugatio,nis. *Aquella obra de apartar vno de otro.*
Abiungo,is,abiunxi,abiunctum. *Por aquello meſmo.*
Abiunctio,onis. *Aquella obra de apartar vno de otro.*
Abiuro,as,aui. *Por negar alguna coſa con juramento.*
Abiuratio,onis. *Por aquella obra de negar jurando.*
Ablabia,as.per ei.in penul.interp.incolumitas,lumitatis.
Ablabes,æos.interpretatur incolumis,incolume.
Ablacto,as,aui.i.ãlacte remouere. *Por deſtetar.*
Ablactio,onis. *Por aquella obra de deſtetar.*
Ablaqueo,as,aui. *Por eſcauar o alimpiar los arboles.*
Ablaqueatio,onis. *Por aquella obra de eſcauar.*
Ablatiuus latinorũ caſus ſextus,ab auferẽdo dictus
✣Ablatiuus ſingularis,quartæ declinationis pro datiuo ſæpe reperitur.
✣Ablatiuus,pro genitiuo.Verg.Illa ferax oleo eſt.
Ablego,as,aui. *Embiar en embaxada de algun lugar.*
Ablegatio,nis. *Por aquello obra de embiar embaxada.*
✣Ablego,quoq; pro eo quod mitto,mittis dicitur.
Ablepſia,as.interp.cæcitas. *La ceguedad, o incõſideraçia*
Ableuo,as.pro ſubleuo,as. *Por leuantar de lugar.*
Abligurio,is,iui. *Por gaſtar la hazienda en goloſinas.*
Abliguritio,onis. *Por aquel gaſto en goloſinas.*
Abloco,as,aui. *Por quitar & apartar de lugar.*
Ablocatio,nis. *Por aquella obra de apartar de lugar.*
✣Abloco,as,aui.pro eo qđ procul loco. *Alquilar lexos.*
Abluo,is,lui,utum.pro eo quod eſt lauo as.
Ablutio,onis. *Por aquella obra de lauar.*
Abmatertera,æ. *Por la hermana de quarta abuela.*
Abnego,as,aui. *Por negar echando ſobre ſi maldiciones.*
Abnegatio,nis. *Por aquella obra de negar aſsi.*
✣Abnegare,etiam dicitur,id negare quod maximè cõfitendum eſt.
Abnepos,otis. *Por el quarto nieto, o nieto de nieto.*
Abneptis,is. *Por la quarta nieta, o nieta del nieto.*
Abnormis,e.ſiue enormis,e. *Por coſa fuera de regla.*
Abnormitas,tis.ſiue enormitas, atis. *Aquella irregularidad.*
Abnuto,as,aui.frequẽtatiuũ ab eo qđ eſt abnuo,is.
Abnutio,is.ſiue Abnutus us. *Por aquella obra de negar.*
Abnutiuus,dixit iuriſc.pro eo quod eſt negatiuus.
✣Abnuentia,æ.pro eo quod eſt abnutio,ſiue Abnutus dicitur.
Aboleo,es,lui,vel eui,etum,vel itũ. *Por raer, o quitar.*
Aboleſco.is,lui. *Por deſacoſtumbrarſe.* Abſolutum.
Abolefacio,is *Por raer, o deſacoſtumbrar.* Actiuum.
Abola,æ. *Veſtidura enforrada y pompoſa de nobles.*
Abomáſum. *El quarto vientre delos animales que rumiã.*
Abominor,aris. *Por deteſtar, maldezir, y mal agorar.*
Abomino,as.antiqui dicebant pro eo quod eſt abominor,aris.
Abominatus,a,ũ.ab eo quod eſt abomino,as.Hora. Abominatus,apud Chriſtianos idẽ quod ex cõmunicatus,vel ſacris interdictus. *Deſcomulgado.*
Abominabilis,pro eo quod eſt execrabilis & deteſtabilis.
Abominatio.nis. *Aquella obra de abominar y maldezir.*
Abordior,iris,orſus. *Por de comiençio mal ordir.*
Aborſus,us.pro fœtus effluxione Græce ectroſmos dicta.

✣Ab orſus,

✣Aborſus,dicitur qui eſt primis menſibus & in exordio conceptus.
✣Abortus vero,cum tempus pariendi prope eſt.
Abortiuũ quoq; dicitur quod abortũ facere poteſt.
Aborior,iris. *Por nacer la criatura ſin tiempo.*
Abortio,is,iui. *Por mal parir la muger y ſin tiempo.*
Abortio,nis.ſiue Abortiũ,ij. *Aquella obra de mal parir.*
Abortus ſiue abortiuus,a,um. *La criatura mal parida.*
Aborto,as,aui.frequent.ab abortio,is. *Por mal parir*
Abpatruus,ui. *Por el harmano de mi quarto abuelo.*
Abra,as.interp.ancilla ſiue mulier domũ frequẽtãs.
Abrado,is,raſum. *Por raer de alguna coſa.*
✣Abradere.n.(aut Donato) eſt ꝑ vim aliquid auferre
Abre dicimus,ꝑ eo quod eſt præter ré & ſine cauſa.
Abrenuncio,as,aui. ꝑ eo quod eſt renuere ſiue abominari.
Abripio,is,pui.reptum. *Por arrebatar de alguna coſa.*
Abrobios,u.ſiue Abrodictos,u.interp.mollis & delicatus.
Abrochia,as.interp.ſiccitas,atis.
Abros,eſt mollis,ſiue delicatus,ſiue glorioſus.
Abrotes,etos,interp. molliciæ ſiue deliciæ.
Abrogo,as,aui. *Por quitar la ley que eſta enel vſo.*
Abrogatio,nis. *Por aquella obra de quitar la tal ley.*
Abrogare magriſtratum. *Renunciar la diguidad o officio.*
Abrogare,ſimpliciter ꝑ eo ꝙ eſt tollere.l.detrahere
Abrotonũ ſiue Abrotonus. *Por la yerua lombriguera.*
✣Abrotonium oleum. *Por azeyte deſta meſma yerua.*
✣Abrotonites vinum, ex abrotono herba conditum.
Abrumpo,is,abrupi. *Por quitar alguna coſa rompiendo.*
Abruptio,onis. *Por aquella obra de quitar rompiendo.*
Abruptus,a,um. *Por lugar pueſto en deſpeñadero.*
Abs,præpoſitio ſignificat retractionẽ, vt inquit.Feſt.
Abcedo,is,abceſsi,abceſſum. *Por partir de lugar.*
Abſcedo,is,abceſsi.i.pus ad ſummũ corpus erũpere
✣Abſceſſus,us. *Por ayuntamiento de humor corrupto.*
✣Abceſſus enim latinè dicitur.g.Apoſtema,his. *Botor.*
Abceſsio,nis,ſiue Abſceſſus,us. *La partida de lugar.*
Abſcido,is,abſcidi,abſciſſum. *Cortar de alguna coſa.*
Abſciſsio,onis.ab abſcido,is. *Por aq̃lla obra de cortar.*
Abſcondo,is,di,ſum.vel itum. *Por eſconder.*
Abſconſio,onis.ſiue Abſconditus, us. *Aquel eſconder.*
Abſens,tis.participiũ ab absum,es. *Por coſa auſente.*
Abſentia,æ. *Por aquella obra de eſtar auſente.*
Abſentio,tis,ſenſi,ſensum. *Diſcordar en ſentencia.*
Abſentio,onis. *Por aquella diſcordia en la ſentencia.*
Abſilio,is,abſilui,ſultum. *Por ſaltar de lugar.*
Abſultus,us. *Por aquella obra de ſaltar de lugar.*
Abſimilo,as,ſiue Abſimulo,as. *Deſſemejar,* Actiuum.
Abſimulatio,onis. *Por aquella obra de deſſemejar.*
Abſimilis,e. *Por coſa deſemejante de otra coſa.*
Abſimilitudo,inis. *Por aquella deſſemejança de coſas.*
Abſinthium,ij.herba nota. Hiſpani vocãt. *Encenſios.*
✣Abſinthium marinũ ſiue Seriphium,à loco dictũ eſt.
✣Abſinthius,a,um.pro amarus,a,um.accipitur.
✣Abſinthiã namq; terram,pro amara dixit Lucretius.
Abſinthites vinum. *Por vino adobado con encenſios.*
Abſis,idos.interpretatur fornix,ſiue arc° curuatura°.
Abſis,ab aſtrologis dicitur circuli pars altior à cẽtro
Abſiſto,is,ſtiti. *Por alexarſe de algun lugar.*
Abſoleo,es.vel Abſoleſco,is. *Deſacoſtũbrarſe.* Ab ol
Abſolefacio,is,abſolefeci. *Por deſacoſtũbrar a otro.*
Abſoluo,is,abſolui,utum. *Por deſatar lo atado.*
Abſolutio,onis. *Por aquella obra de deſatar lo atado.*
Abſoluo,is,abſolui. *Por acabar alguna obra.*
Abſolutio,onis. *Aquella obra de acabar alguna coſa.*
✣Abſolutorius,a,um. pro eo quod eſt res quę abſolue re poteſt.
Abſolutoria tabella. *Para abſoluer en juizio al reo.*
Abſono,as.abſonui. pro eo qđ diſſono ſiue diſcordo
Abſonus,a,um. pro male ſonans ſiue diſcordans.
‡ Abſonum enim.quaſi ſine ſono interp. Nonius.
Abſonantia,æ. *Por aquella diſſonancia, o diſcordia.*
Abſorbeo,es,bui.vel abſorpſi,ptum. *Por ſorver.*
✣Abſorbere moleſtiam, prouerbium,pro diſsimulanter perferre.
Abſq; prępoſitio ablatiuo deſeruiens, pro eo quod ſine.
Abſtemius,ij.ab abſq;,& temeto.i.vino, *El aguado.*
✣Abſtenti,à diuo Cypriano dicuntur excõmunicati.
Abſtergeo,es.ſiue Abſtergo,is,abſterſi. *Por alimpiar.*
Abſterſiua medicamenta.i.mundificatiua.g.Smetica
Abſterſio,onis. *Por aquella obra de alimpiar.*
Abſterreo,es,abſterrui. *Por eſpantar de algun lugar.*
Abſtineo,es,nui. *Por ſe refrenar de tomar lo ageno.*
Abſtinentia,æ. *Por aquel refrenamiento delo ageno.*
Abſto,as,abſtiti,itũ vel atũ. *Eſtar lexos de alguna coſa.*
Abſtollo,is,abſtuli,ablatum. *Por tomar de lugar.*
Abſtraho,is,abſtraxi,ctum. *Por tomar por fuerça.*
Abſtractio,nis. *Aquella obra de tomar por fuerça.*
Abſtrudo,is,ſtruſi,ſtruſum. *Por encerrar por fuerça.*
Abſtruſio,onis. *Aquella obra de encerrar por fuerça.*
Abſtuli præteritum,ab eo quod eſt aufero aufers.
Abſum,abes,abfui. *Por eſtar abſente de lugar alguno.*
Abſumo,is,abſumpſi. *Por gaſtar en mala parte.*
Abſumptio,onis. *Por aquella obra de mal gaſtar.*
Abſurdus,a,um. *Por coſa digna de no ſer oyda.*
Abſurditas,atis. *Por aquella indignidad de tal coſa.*
Abulia,as.interpretatur temeritas conſilio aduerſa.
Abundo,as,aui. *Por abundar y ſer copioſo.*
Abundus,a,um, *Por coſa abundante, rica y copioſa.*
Abunde & abundanter aduerbia. *Por copioſamente.*
Abundantia,æ. *Aquella obra de abundar y ſer copioſo.*
Abuolo,as,aui. *Por bolar de algun lugar.*
Abutor,eris,abuſus. *Por vſar mal de alguna coſa.*
Abuto,is.antiqui dicebant pro eo ꝙ eſt abutor,eris
Abuſus,a,um.paſsiue ab eo quod eſt abuto,is.
Abuſio,onis. ſiue Abuſus, us. *Por la obra de mal vſar.*
✣Abuſio enim græce catachriſis dicitur.
✣Abuſq;,pro eo quod eſtvſque ab,vel vſq; ad dicitur. Dende.
✣Abuſq;,id eſt,vſq; ad. *Por haſta.*

A ANTE C.

Ac,coniunctio copulatiua pro &,atq;,q;,& similia.
